noneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita c[...] sua praesenti personali recognitione ad praemissa ora[...] mediante

Feria Tertia post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 7/VII

Dydynscy Korniaktowey cedunt, & Statuent.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Candidus Constantinus, et Franciscus Dydynscy fratres utrique germani olim Generosi Nicolai Dydynski, cum olim Generosa Theophila Klodnicka Consorte eius Legitima procreati Filii, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Officio Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi super Generosi Michaelis Dydynski fratris sui germani, pro consurvati[...]itione 170

cavent, acse praesentibus inscribunt nominibus de omni et
integro Iure suo infrascripto, nempe de Summis infra-
scriptis, Prima quidem Originali Novem Millium Floreno-
rum Polonicalium supra scripto olim Nicolao Dydynski
sui Recognoscentium Parenti per Generosum Carolum
Franciscum in Bialoboki Korniakt Actis Officii praesentis
in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo,
inscripta, et super Bonis ipsius propriis et hereditariis
videlicet totis et integris villis Zurowica, Wielkoryzy et Dy-
szkowice cum curiis et praediis ibidem sitis in Terra et
Districtu praesenti Premisliensi iacentibus et consistentibus mo-
do obligatorio de Anno ad Annum ad solvendum asse-
curata, in se vero Recognoscentes et praefatum Fratrem
suum, post fata praedicti Parentis sui Iure Diuerso et
naturali successione devoluta; Tum et alia Summa
Duorum Millium Septingentorum Florenorum Polonicalium
in genere Prouisionis ab eadem Summa Originali Novem
Millium Florenorum Polonicalium pro Annis in processu
Causae specificatis prouenientibus; atque Tertia Summa
Ducentorum Florenorum Polonicalium Decretis Tribu-
nalitiis adiudicatis. Nec non de eadem ipsa Inscriptio-
ne Originali obligatoria atque Intercisa certa, inter
eosdem Generosos, Carolum Franciscum in Bialoboki
Korniakt ab una et Nicolaum Dydynski sui Reco-
gnoscentium Parentem parte ab altera, ratione certa-
rum rerum et Conditionum in eadem Intercisa con-
tentarum, de actu et data illius hic Premisliis Feria
Quinta ante Festum Sancti Bartholomaei Apostoli
proxima Anno suprascripto Millesimo Sexcente-
simo Quadragesimo Primo confecta conscripta et Actis
Officii praesentis, cum interpositione Vadii Summa No-
uem Millium Florenorum Polonicalium roborata, cuiusque

Generoso

Inscriptione Roboratoria. Insuper de Bonis hitis Scilicet Sexduplici Vadio Capitaneali et Quatuordecem Marcarum Polonicalium, atque de Bonis ipsis praedictarum Villarum Zurowica, Wielbory[illegible] et Byszkowice in Inscriptione Originali obligatoria contentis Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate Competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et Singulis Inscriptionis Originalis obligatoriae atque Intercisae et eius Roborationis Iuribusque praesentibus cessi Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis ac nexibus in universum omnibus, Summarum quoque Suprascriptarum, et Bonorum Summis eisdem onveratorum Utilitatibus fructibus proventibus, reditibus, commodis emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae, pro se Recognoscentibus fraterque suo ac suis Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesentibus recognita ipsimet Recognoscentes cum fratre suo tenuerunt habuerunt et possidebant ipsosque concernebant, ac eisdem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto Generosae Catharinae de Belzec, Generosi Caroli Francisci in Biatobole Kornicki Consorti legitimae eiusque Posteris inhaerendo Decreto Tribunalitio Regio Lublinensi inter Suprascriptam olim Generosam Theophilam de Klodnica Parentem sui Recognoscentis Actricem ab una, et eandem Generosam Kornickowa parte ab altera, Sabbatho in Vigiliam Festi Sancti Bartholomaei Apostoli Anno proxime praeterito

1920

Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo, prolato, (accepta ab ipsa pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cesserunt et condescenderunt, prout cedunt et condescendunt praesentibus, omneque et integrum Ius suum totum, sibi ad praemissa serviens in Personam eiusdem Generosae Catharinae de Belzec Kornia-ktowa Cessionariae suae eiusque Successorum totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt, et incorporaverunt prout transferunt, transfundunt, et incorporant praesentibus. In quod quidem Ius praesens Cessum, Summas ac Bona summis iisdem onerata, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes transfusa, iidem Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus et Franciscus Dydynscij fratres inter se germani, praefatae Generosae Catharinae de Belzec Kornia-ktowa Cessionariae suae eiusque Posteris iam ex nunc et de facto, coram Officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem, et actualem pacificamque Possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose accipiendam, per ipsam Generosam Cessionariam suam, et ipsius Posteros hoc idem Ius praesens cessum, Summas ac Bona summis eisdem onerata, praemissaque omnia per praesentes transfusa, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus competentiaque et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumque Successorum, quoslibet beneplacitos usus fructus libere,

et effectualiter convertendi, præfati Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis. præsens q[ue] cessi et transfusi vigore. Debebuntque et tenebuntur memorati Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus, et Franciscus Dÿdÿnscÿ Fratres inter se germani prout se, ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis præfatæ Generosæ Catharinæ de Belzec Korniaktowa Cessionariæ suæ inscribunt et obligant præsentibus. ipsam, et eius Successores in dicto Iure cesso, summis ac Bonis summis eisdem oneratis, præmissisque omnibus per præsentes transfusis et ratione eorundem omnium præsentibus abscessionum ab omni et qualis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis, status, et sexus cuiusvis existentium ex re, persona, et occasione sui Recognoscentium præfatique fratris sui ac suorum Successorum Iurisque præsentis cessi tantummodo et non ultra exorienda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemque cum Posteris reddere, nec non hoc ius Ius præsens cessum, summas, ac Bona summis eisdem onerata præmissaque omnia præsentibus transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem præmissa omnia præsentibus condescensa cuiusvis personarum modo quocunque itidem ex re, persona, et occasione sui Recognoscentium et præfati Fratris sui suorumque

Successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentes cessa importatis et importandis, Lucris denique et Perlucris Processibusque Iuris quibuscunque in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus per praesentes transfusis itidem ex re persona et occasione vnites Recognoscentium, praefatique Fratris sui ac suorum Successorum tantummodo et non vltra perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam cooperata Officio praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum summis eisdem praesentibus abscessis oneratorum dum per Ministerialem et Nobiles cum os Officio se requireretur non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, possessionem et vsumfructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum quouismodo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsamque Generosam Cessionariam suam et ipsius Successores in praemissis omnibus praesentibus condescensis nullomodo iniuriari, ita vt eadem Cessionaria sua cum suis Posteris hocidem Ius praesens Cessum, Summas, ac Bona summis eisdem onerata, praemissaque omnia praesentibus cessa cum Vniuersis eorum vtilitatibus et vsufructibus, competentiaque et praerogatiua grauis quiete et pacifice

præsentis Inscriptionis Cessionariæ Vigore tenere habere et possidere queat, illisque Vti frui possit. Idque sub Vadio Summæ Vndecem Millium Nonigentorum florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes sive eorum Posteros prænominatæ Generosæ Cessionariæ suæ, vel illius Posteris ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus iidem suprascripti Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus atque Franciscus Dydynscy fratres inter se germani, debebunt et tenebuntur, prout se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis supraßcriptæ Generosæ Catharinæ de Belzec Korniaktowa Cessionariæ suæ, eiusque Posteris inscribunt, et obligant præsentibus, præfatum Generosum Michaëlem Dydynski sui Recognoscentium fratrem germanum, vel in eventu mortis Successores illius ad approbandam per ipsum Inscriptionem præsentem Cessionariam vel similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quævis Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum dimidii Anni adducere et personaliter statuere, ab eoque vel eius Successoribus ut præmissa debite exequantur efficere. Idque sub alio simili et seorsivo Vadio aliorum (aliorum) Vndecem Millium Nonigentorum florenorum Polonicalium per eosdem Generosos Candidum Constantinum atque Franciscum Dydynskie fratres inter se germanos sive eorum Posteros su-

1924
praescripta Generosae Catharinae de Belzec Kornia-
ktowa Cessionariae suae, vel eius Successoribus, ob
non statutionem praefati Generosi Michaelis Dy-
dyński fratris sui germani statuendi, vel in even-
tu mortis Successorem illius, ad exequenda praemissa
pro tempore et loco superius expressis ad solvendum
succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis
modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re
aliqua principali ex praemissis non completa comple-
ta Citati existentes memorati Recognoscentes Gene-
rosi Candidus Constantinus atque Franciscus Dy-
dynscy fratres inter se germani, sive eorum Successo-
res ad instantiam praenominatae Generosae Catharinae
de Belzec Kornia ktowa, vel eius Successoris ad
Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysli-
ense extunc regressu suprascripto quoad respon-
dendum spectat mediante semper in primo Cita-
tionis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri
parere, respondere, vadium vel vadia praefata
luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac
omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et
obligant praesentibus, illum Terminum primum pe-
remptorium, et alios omnes exinde consequentes, quam-
vis eiusdem Terminos semper peremptorios, vera lis
firmatate, pro maiori, minorennitate Successorum,
legatione intra vel extra Regnum servitio militari,
ad munimenta, ad Iudicatorem vel aliis quibusvis
Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo.

ad quietationem praeterea ultra proximos Officii prae-
fati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Ter-
minos Dellationem sibi non recipiendo, nullasque
Motiones, Appellationes, ac earum prosecutione fa-
ciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel
triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalis Iuris,
proscriptione terrestri bello, Conventioneque, ac
alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non sub-
terfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Itac
sua praesenti personali Recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Iidem Dydynscy Kornia-kta quietant & Statuent.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen-
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Gene- 172
rosi Candidus Constantinus et Franciscus Dydynscij
fratres inter se germani, olim Generosi Nicolai Dy-
dynski, cum olim Generosa Theophila Klodnicka
Consorte eius Legitima procreati Filij, sani mentibus
et corporibus existentes, a Terris, Districtibus Iu-
ribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs
et competentibus recedendo, praesenti vero Castren-
si Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo-
ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac
Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plena-
rie incorporando atque subijciendo, palam, libe-
re publice ac per expressum recognoverunt, et
quilibet illorum eorum suo pro interesse recognovit.